

tionis et ideo non est mirum si intellectualis cognitio ultra sensitivam se extendit et ita dicat de re naturali que potest mouere intellectum mediante suo fatasmate yncu in intellectu agente nec sequitur re naturalem esse nobiliores quia non agit virtute propria. Sed contra Quid intelligis per agens virtute propria si illud quod a nullo dependet hoc non est nisi deus si vero illud quod agit per suam formam ergo fatissima agit virtute propria alias esset solus agens per accidens quod multi negant respondet S. L. ubi supra ad secundum quod actio virtutis imaginatiue est coniuncta et corpus sensibile est nobilissimum organo animalis secundum quod comparatur ad ipsum ut ens in actu ad ens in potentia sicut coloratum in actu ad pupillam que colorata est in potentia licet ergo absolute corpus sensibile non sit prestantius intellectu posset tamen dici prestantius in quantum est agens et intellectus patiens secundo dicitur quod in anima hominis est quedam operatio secundum quod componedo et diuidedo format diuersas rerum imagines que non sunt a sensibilibus accepte unde non oportet omne illud de quo est scientia mouere intellectum et si dicat scibile terminat intellectum ergo agit in ipsum quia terminare videtur esse in predicta cameto actiois hoc negat ut patet de scientia etis rationis.

¶ Ad octauum dicit de argentina quod formido non est de ratione opinionis et sic videtur quod actus opinatiuus et scientia possent esse simul et opinio distingueretur a fide S. L. ij. ij. q. ar. v. quartum dicit quod de eodem secundum idem non potest esse simul in vno homine scientia cum opinione vel cum fide scientia enim est euidens noticia de ratione aut opinionis est quod id quod est opinatum existimetur aliter se habere et de veri. q. xiiij. ar. ix. ad. vi. dicit quod opinio est cum formidine alterius partis dico ergo quod opinatum existimatur possibile aliter se habere. i. opinans non est certus quin aliter possit esse. Et si queratur An qui opinatur vnum contradictorium opinetur reliquum dicit gregori. q. ij. prologi quod qui opinatur vnum contradictorium timet de opposito et dubitat de opposito sed non estimat illud quod opinatur posse aliter se habere alias estimaret duo contradictoria. Sed hoc est contra arte obligatoriam in qua quicumque dubitat vnum contradictorium dubitat et reliquum si proponatur. Ad aliud dicitur quod intellectus et scientia differunt suis differentiis intrinsicis.

¶ Ad nonum dicitur quod philosophia naturalis bene potest esse de operabilibus sed quia non considerat operabilia ut operabilia sunt sed diffinitiuie ideo non est practica. Ad aliud quod est gregori dicitur quod domificator habet scientiam practica quia habet aptitudinem operandi amissis manibus vnde dicitur habere potentiam logicam ad operandum licet non habeat proximam. Gregorius diffinit noticia proprie practica que formaliter secundum se immediate est directiua praxis praxis autem secundum eum est operatio existens in operantis potestate posset ergo per idem contra eum obici. Primo scientia moralis quam habet angeli de virginitate videtur practica et similiter scientia ethicorum que est in damnatis circa actus virtutum et tamen ista non sunt in eorum potestate si dicas sufficit quod sint in potestate aliorum. Contra tunc iudicium quo iudico deum diligere se ipsum esset practicum. Item continuatio actus secundum gregori. per aliquo tempore non est in potestate agentis ergo pro illo tempore scientia practica non erit de praxi. Item scientia practica est de malo quia oppositorum eadem est disciplina et tamen non est directiua mali. Item scientia ethicorum est pra-

ctica proprie et tamen non est immediate directiua praxis quia actus moraliter bonus immediate dirigit per prudentiam non autem per scientiam que est vniuersaliu si dicas quod prudentia et scientia moralis sunt idem habitus hoc est contra eum ibidem quia prudentia semper de re contingenti singulari concludit conclusionem. Non autem scientia licet hoc videatur esse falsum quia quod non est mentis dum pertinet ad prudentiam et tamen est necessarium. Item actus bonus non elicitur sine actuali actu prudentie scilicet cum isto actu non est peccandum elicitur actus bonus. ergo est prudentie licet sit necessarium pertinens forte ad scientiam. Notandum tamen quod ad habitum practicum requiritur quod immediate regulet opus. S. L. de veri. q. xiiij. ar. iij. prudentia et scientia moralis distinguunt se eundem. S. L. q. de virtutibus ar. vi. ad primum quia scientia est vniuersaliu prudentia est singularium. Sed nonne conclusio prudentialis deducitur ex premissis pertinentibus ad prudentiam sinderer finem vel scientiam de hoc alias. Deinde dicitur quod non inconuenit scientiam practica ut medicinam poni ratione medij sub speculatiua.

¶ Ad decimum propter hec concedit scotus quod scientia dicitur practica ab obiecto. Sed contra. scientia dicitur practica a praxi. Praxi autem est finis et obiectum scie practice ergo etiam a fine dicitur practica. Et notandum quod scientia non dicitur practica a fine qui est ex parte scientis ut si aliquis auarus studeat philosophiam ut lucretur pecuniam sed a fine ad quem scientia de sua natura per se ordinatur. Forte dicitur quod praxis non est finis scie contra quam ex aliquo vno prouenerit duo bona tunc quod secundum rectam rationem est appetibilis magis habet rationem finis. Cum omne appetibile est bonum et ratio boni est ratio finis. Sed ex habitu practico nata sunt prouenire duo bona scilicet primo et immediate actus cognitionis et secundo actus directus vel impatus qui est in appetitu et secundum rectam rationem appetibilius est habere actus rectum morale quam scire: ergo hoc est magis finis scientie moralis et hoc est praxis igitur. unde philosophus in principio ethicorum dicit quod finis extruendarum nauium et nauis medecine finis est sanitas unde artes per fines distinguit et secundo metha. dicit quod theoricis finis est veritas practice vero opus. Item practica et speculatiua scientia possunt esse de eodem obiecto ergo per ipsum non distinguuntur. antecedens patet quia de ira potest quis noscere quod est quedam qualitas et passio anime et ebullitio sanguinis circa cor et alia speculatiua et de arboribus sciuntur proprietates naturales et etiam practice scilicet qualiter sunt serende et plantande et quomodo ira est moderanda tunc ad argumentum dicitur quod finis intenditur actu primo quod est habitualis intentio et si non actu secundo. Nec oportet omnem effectum in actu primo semper esse a causa efficiente in actu secundo. Ad aliud dicitur quod oportet ipsius prudentie moralis assignare aliquem finem et dico quod actus virtutis in quantum huiusmodi in genere moris posset dici aliquomodo melior actu prudentie ut ponit. S. L. i. ij. q. lxxvi. ar. iij. vel non oportet finem immediatum esse perfectiore ut patet de sanitas te respectu medecine.

¶ Ad vndecim dicitur quod philosophia ex sua natura non ordinatur immediate ad opus nec recipio scotum dicentem quod omnis noticia in intellectu diuino de contingentibus est speculatiua de necessariis vero practica quia queritur cuius praxis est directiua Si quare. Nonne aliquid speculatio est pra-